

tem oppugnare tentauero.

Tunc, qui Plinium Secundū indoctum, & Aristotelē sine methodo, sine eruditiōe, sine fide uocas, acerualib. u. *Acerualis* teris; at enim Socrates, fateor. Sed sæpè cū pueris agens. *confutatio.* Neq; Aristot. pondus, Platonica suauitati postponēdū putā t. Captiosum esse argumentū, neque Philosopho dignū Cicero soritē scribit. Et reuera, quid facis in Sorite? queris, petis, accipis à nō dāte: cōcludis totū, partē nemi ne concedēte: et ea sumis pro certis, quæ tamē nullo modo probas. Mitto sæpè partes, in sorite esse, ex genere incerto et cōtingētī, ut uocāt. Tamē est nefas, uniuersam naturā ex partibus nō necessarijs cōficere, tanquā necessaria consecutionis uī. Quid si tibi respondeat Aristoteles, ego quidem quæ petis nescio. Non uideo quid negem: tamen ex omni parte assentiri non possum. Ea est enim *Sophista* uera in disputando gloria, si non solum urgeas ac per- *Philosoph.* turbes hærentem aduersarium, sed cogas fateri, te uera concludere. Nam sophisticum est, hominem in dubio ponere: Philosophi autem propriū, has uoces extorquere. Vicisti: do herbam. Quare nisi id quod ais argumento probes firmiori, quid egregij præstas? *Comparatio.* Quid? nondum hoste uicto, de uictoria gloriaris? Videris ei militi similis, qui inuasurum in murum facilem dicit, id quod suis commilitonibus his uerbis tentat persuadere, Scalam admouebimus: primum iam tenetis gradum, quis uetat proximum: à secundo ad tertium nulla distantia: & hinc ad quartum saltu profiliemus: proximus est quintus, & à quinto sextus propè est: cum sumus in sexto gradu, pinnas muri prehendemus. Minutatim ut uides & gradatim colligis in sorite, quæ ipse si expectes, uel omnia, uel multa negari possim. Si cum homine tacente certes, aut singula in caute dante, uicisti. Sed milites, qui in muro latent, è quarto uel tertio, fortassis etiam è secundo gradu, te deturbabunt.